Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

assimulati fortissimis so
ciis uestris primatibus. Nunc
ergo clementia nostra non pensans
puerilem intelligentiam
uestram. indulgentiam de pre
teritis tribuit. Modo aggre
dimini et sacrificate sicut
omnis homo caritate et de
uotione quam debetis diis.
Sanctus uero maximianus
respondit. Nos habemus deum
in celis, cui sacrificium
cottidianum offerimus. Ipse est
uerus deus. et creator celi
et terre. et ipsi offerimus in
odorem suauitatis fruc
tum labiorum nostrorum. Indig
num profecto ducimus mun
diciam corporis nostri. quam
per baptismum accepimus. ut
per hos nefandos ritus uiole
mus. Non eis sacrifica
mus omnino, nec sinceri
tatem nostram his immundi
ciis uiolamus. Tunc impera
tor ut uidit obstinatam
mentem eorum. cupiens ad
huc reuocare eos. non eos

iussit puniri. sed precep
it incidi baltheos eo
rum. et dixit eis. Propter
quod abscidistis uos a
diis, extranei eritis a
dignitate uestra et a maie
state imperii mei. usque quo
summatim possim emenda
re uos et paulatim ar
guere de interrogatione ser
monum uestrorum. Non enim
iustum est perdere etates
uestras in tormentis et tabe
fieri decorem pulchritudinis
uestre. Propter quod ecce
do uobis spatium ut uos
recognoscatis. et intelli
gatis quanta sit erga uos
clementia nostra. et corriga
tis priuationem uestram. ut
feliciter uiuere possitis.
Tunc imperator ut facilius
eos attraheret. iussit au
ferri de ceruicibus eorum fer
rum. et precepit eos dimitti
exhortans. quod si eos re
diens emendatos inueniret
magnis honoribus ampli